



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensio Abbatiae Imperialis S. Maximini

Zyllesius, Nicolaus

Treveris, 1638

72. Philippi II. Hispaniarum Regis Diploma Dat. Anno MDLVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14268

omnem gratiam, iustam Protectionem, defensionem, illud quoque quod ad sapius memorati Monasterij incrementum fecerit iuueritque, à nobis plenissime sperare poteritis, & ad actualementestificationem huiusmodi nostri propensissimi & officiosi mandati Protectionis & Conseruationis: poteritis in occurrentibus Monasterij necessitatibus, apud nostrum Gubernatorem, Præsidentem & Concilium memorati nostri Ducatus Luxemburgensis semper recurrere, qui à nobis in mandatis habent vos, & Monasterium nostro nomine in omni Protectione ac defensione, omni iure tueri. Hanc vos gratiosam nostram intentionem non volumus celare. Et præterquam quod hoc est opus ex se laudabile & Christianuum, vos quoque nobis rem singulariter gratam facitis, vicissim erga vos vestrumque Monasterium omni gratia prosequemur. Datum in nostra vrbe Antverpia 27. Februarij Anno 1556. nostri Hispanici primo, & aliorum tertio.

72.

*Philippi II. Hispaniarum Regis Diploma Datum
Anno MDLVII.*

PHILIPPVS DEI gratia Rex Castellæ, Legionis, Arragonum, Angliæ, Franciæ, Nauarræ, Neapolis, Sicilia, Maioricarum, Sardiniarum, Insularum, Indiarum, & terræ firmæ, maris Oceani. Archidux Austriæ. Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantie, Limburgi, Luxemburgi, Geldriæ & Mediolani, Comes Habsburgi, Flandriæ, Arthesij, Burgundiæ, Palatinus & Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Namurci & Zutphaniæ, Princeps Sueciæ, Marchio Sacri Imperii. Dominus Frisiæ, Salinarum, Mechliniæ, territorij Traiectensis citra & ultra Insulam, & Groningæ, nec non Dominator in Asia & Affrica. Cum ex porrectâ nobis Supplicatione Reuerendi Patris Abbatis & deuotorum nobis in Christo dilectorum religiosorum, Prioris & Conuentus Monasterii Sancti Maximini in suburbio Ciuitatis Treuirensis, ordinis Sancti Benedicti: quam literarum munimentis desuper exhibitis nobis innotuerit, qualiter præfatum Monasterium Sancti Maximini à Diuis Romanorum Imperatoribus antiquissime fundatum, variisque iuribus, Dominiis, possessionibus, priuilegiis, exemptionibus, prærogatiuis & libertatibus decoratum & dotatum fuerit, quodque Illustres Prædecessores nostri, Duces Luxemburgi & Comites à Chini ex speciali priuilegio Imperiali Aduocatiâ supremam ipsius Monasterii diutissime commissam obtinuerint, Atque illud Monasterium in capite & in membris, eiusque homines, bona, redditus, ac Iura ipsorum, siue in Ducatu Luxemburgensi, siue extra sita sint, contra iniuriam, turbationem, violentiam, aut molestiam quorumcunque, vel cuiuscunque status aut præminentia essent, protegere, manutene, defendere, & à grauaminibus, violentiis, oppressionibusque conseruare consueuerint. Ipsi autem vice versa maiorum suorum vestigiis insistendo nobis & Successoribus nostris, Ducibus Luxemburgensibus omnem reuerentiam, fidem & honorem, quæ de Iure aut consuetudine tenentur in perpetuum præstare, promiserint. Ac ea propter à nobis humiliter petierint, vt eos iuxta morem prædecessorum nostrorum, clementer in nostram protectionem, tuitionem, defensionem & speciale Saluaguardiâ suscipere eorumque libertates, prærogatiuas, & priuilegia prædicta cõfirmare dignaremur: Notû facim⁹, quod nos factorû Imperatorû, & aliorû progenitorû nostrorum vestigiis inheretes, cõsideratâ laudabili obseruatiâ

regu-

regulari, de qua tam ipse Abbas, quam Religiosi eiusdem Monasterii fide digno apud nos commendantur testimonio, & quatenus eorum precibus & suffragiis Deo acceptiores esse valeamus. Præfatum Monasterium Sancti Maximini tam in capite, quam in membris, Abbate videlicet & Conuentu, religiosis fratribus, ac etiam eorum Dominiis, ditionibus, villis, prædiis, hominibus, subditis, Vafallis, Scultetis, Officiariis, Iustitiariis, Clientibus, Colonis, seruitoribus, famulis, negotiorum gestoribus, animalibus, & cæteris bonis mobilibus & immobilibus quibuscunque, præsentibus, & futuris, vbicunque locorum sitis & collocatis, in nostram tuitionem, protectionem, tutelâ & specialem Saluaguardiam, ratione Ducatus nostri Luxemburgensis, iuxta vota Imperialia ac more prædecessorū nostrorum Principum Luxemburgensium, suscipiendum, amplectendum & ponendum duximus, suscipimus, amplectimur & ponimus. ex certa scientia, & de gratia nostra speciali per præsentem. Et insuper ex nostrâ ampliori gratiâ omnes & singulas antememoratorum Abbatum & Religiosorum libertates, exemptiones, iura, priuilegia, gratias, indulta & præminentias illi Monasterio concessas, & spectantes, & quibus antea soliti sunt, debite vti & gaudere, approbauimus, ratificauimus, & quantum in nobis est, & opus esset, confirmamus, approbamus & ratificamus per earundem præsentium tenorem, dantes & concedentes eisdem: Abbati & Religiosis, quatenus dictis omnibus & singulis libertatibus, iuribus & priuilegiis quibuscunque, ipsi Monasterio concessis, plenariè, & pacificè, vti & gaudere valeant, prout & quemadmodum sui Prædecessores eiusdem Monasterij Abbates & Religiosi ab omni antiquitate & præco tempore debite fecerunt, facere soliti sunt & potuerunt. Cæterum quia ad plenum edocti sumus eundem Conuentum & Religiosos, quando Abbates eorum è viuis excedere contingit, secundum antiquam prærogatiuam & consuetudinem solitos esse in locum defuncti, alium successorem liberè eligere: Quo ipsi Abbas & Conuentus nostram erga se propensionem clarius percipere possint, pro ratione nostræ Aduocatiæ ac protectionis, in futurum sedulo, quo ad in nobis erit, operam dabimus, ne deinceps iure suæ liberæ electionis eidem Conuentui competentis frustrari aut fraudari possint. Quocirca districtè præcipientes, mandamus dilectis & fidelibus nostris, Gubernatori, Præfidi & Consilio nostro prædictarum ditionum nostrarum Luxemburgensium & Chiniacensium, nec non Præpositis, cæterisque Iustitiariis, Officiariis ac eorum locatentibus ibidem præsentibus & futuris: Quatenus præfatos, Abbatem, Priorem, Conuentum & Religiosos ipsius Monasterij, & Ecclesiam Sancti Maximini, in capite, & in membris, in suis iuribus, dominiis, ditionibus, priuilegijs & prærogatiuis, libertatibus, iustis possessionibus, exemptionibus, eorumque homines, Vafallos, Scultetos, Receptores, Officiarios, Colonos, villicos, famulos, negotiorū gestores, animalia & cætera bona, redditus ac iura ipsorum, præsentia & futura, quocunque locorum sita & collocata, manuteneant & defendant ab omnibus, violentiis, iniurijs, oppressionibus, molestijs & grauaminibus, prout illorum singulos concernet, defendant, tueantur & præseruent. Et si quas eis in præiudicium præsentis nostræ Saluaguardiæ irrogatas agnouerint, illas reparari faciant, & quæuis attentata in & ad pristinum statum reuocent & reducant, Facientes ita nobis, quam ipsis Religiosis pro iniuria, damnisque illatis satisfactionem & emendam fieri condignas. Et vt præfens Saluaguardia cunctis innotescat, eandem præsentem publicent & significent ipsi Iustitiarij & Officiarij nostri seu prædicti eorum locatententes, aut publicari & significari debite faciant: quibet in terminis & limitibus suæ Iurisdictionis, vt prædictum est. Et in euentum

pericu-

periculi, discriminis euidentis, signa seu vexilla nostris armis depicta, bonis, rebus & possessionibus eiusdem Monasterij & Religiosorum prædictorum apponant, ipsisque religiosis vnum vel plures clientes guardianos deputent & committant rationabilibus eorum sumptibus & expensis, quibus quidem clientibus omnem causam cognitionem penitus interdiximus, sed propter infractionem aut violentiam seu violationem huiusmodi nostram Saluaguardiam cognitio causam requiratur, illam prædictis nostris, Gubernatori, Præsidi & Consiliarijs Luxemburgensibus expressè committendam duximus & committimus harum serie literarum, iniungentes eisdem ex nunc prout ex tunc, quatenus partibus vocatis & auditis breue & expeditum ipsis faciant atque ministrent Iustitiæ completum, sine dilatione, acceptatione vel dissimulatione quacunque. Quoniam ita fieri volumus. In cuius rei testimonium his præsentibus sigillum nostrum appendi fecimus. Datum in oppido nostro Bruxella die nona mensis Iulij, Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, Regnorum verò nostrorum videlicet Hispaniarum, Siciliae secundo, Angliæ autem Franciæ & Neapolis quarto.

73

*Margaritæ Parmensis Belgij pro Philippo II. Gubernatricis
Mandatum Anni MDLIX.*

Margaritte par la grace de Dieu Duchesse de Parme, Placence, &c.
Regnante & Gouvernante.

TReschers & bien aimez. Comme à nostre tresgrand regret nous ayons entendu le trouble & changement de la religion adueni en la Cité de Treues, lez laquelle il y a l'Abbayé de S. Maximin, de laquelle le Roy, Monseigneur, est Protecteur, par ou la raison veult, que aux Abbé & Religieux de ladite Abbayé soit presté & donné tout confort & assistance en cas de besoing, & que d'autres ils fussent molestez ou trauaillezz, & que ledit Abbé nous ait requis de vous authoriser à luy faire ladite assistance, quant requis en serez à ce qu'il n'eust à chacun coup à recourir à nous, de ou ladite assistance pourroit venir trop tard pour la longue distance d'icy à la, chose que tresvolontiers luy auons accordé, A ceste cause, nous vous requerons, & de la part de sa Maiesté mandons & ordonnons bien expressement & à certes, qu'à la Requeste dudit Abbé vous ayez à luy prester toute faueur & assistance par escription & autrement selon l'exigence du besoing, de façon qu'icelluy Abbé & ses Religieux s'apperçoient leur protection, en ce que bonnement se peult faire, nous estre à cœur. A tant treschers & bien aimez nostre Seigneur vous ait en sa sainte garde, de Bruxelles le xvij iour d'Octobre 1559.

Latine sic sonat.

Carissimi & dilecti. Quemadmodum maximo nostro cum dolore intelleximus turbationem & mutationem religionis, quæ accidit in Ciuitate Treuirenfi, prope quam est Abbatia S. Maximini, cuius Rex, Dominus meus

R r

est